



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 26. Hieronymi de Rouvere Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

VII. Gregorius XIV. & Innocentius IX. Sæcul XVI,
A.C.1592.
ad divi Petri Cathedram evehebantur: tandem vero calculi morbo afflictus die octava Januarii hoc anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo ac ætatis suæ quadragesimo quarto, obiit, corpusque ejus in Templo Jesuitarum deponeretur, donec in suam patriam transferretur: in ejus vero exequiis Vincentius Blasius Garzia orationem funebrem pronuntiabat.

§. XXVI.

Hieronymi de Rouvere Cardinalis obitus.

Alter erat Hieronymus de Rouvere Ciac. p. 161.
Ughel. Ital.
Sacv. Vinc.
Robard. de
gestis Sixti
V. Aubery
l. c.
Pedemontanus Taurini mense Januarii circa annum Christi millesimum quingentesimum trigesimum natus ex parentibus Lælio de Rouvere, & Joana Comitissa de Plansaco, quæ ex nobilissimo orta erat genere, nam hoc duobus Pontificibus, & undecim Cardinalibus inclaruit. Ceterum Hieronymus tam Parisiis, quam Papiæ, & Patavii semper in literis eminens sua præcipue eloquentia celebrabatur, unde etiam binas orationes funebres in Henrici II. & Francisci II. Franciæ Regum exequiis habere rogatus tanta meritorum fama sese celebrem reddebat, ut anno salutis nostræ millesimo quingentesi-

R 4 mo

Sæcul. XVI.
A.C. 1592.
mo quinquagesimo nono Tuloniensis in
Provincia Archiepiscopus, ac demum
anno post Christum natum millesimo
quingentesimo sexagesimo quarto Tau-
rini in patria sua Archipræsul renun-
tiaretur: eodem autem anno ad Sab-
audiæ Ducis preces Cardinalis tit. sancti
Petri ad Vincula nominatus, Ordinis-
que Fratrum Minorum Conventualium
Protector selectus sacris interfuit comi-
tiis, in quibus Urbanus VII. Gregorius
XIV. & Innocentius IX. Romani Pon-
tifices salutabantur: postremum vero
habebatur conclave, dum Hieronymus
in brachiis Aldobrandini Cardinalis,
qui tum Pontifex eligebatur, die vi-
gesima sexta Januarii animam Deo red-
didit. Vix decesserat, cum illico ad
Sixti Sacellum deferretur, indeque a
Canonicis sancti Petri ad vincula dela-
tus ad eandem Ecclesiam, ibidem ter-
ræ mandabatur.

Hic idem præter binas orationes
gallicas, quas, ut memoravimus, in
obitu Henrici II. & Francisci II. pronun-
tiabat, insuper orationem latinam in
laudem Cardinalis Julii Rouvere, at-
que alteram in die anniversaria inaugu-
rationis Pauli III. ac tertiam denique
ad Julium III. Guidobaldi de Rouvere
Urbinatis Ducis nomine concinnabat.
Scripsit etiam adhuc Juvenis varia pœ-
mata

Acta eru
Lip. ann.
1683. t. 2.

mata heroica, & lyrica, quæ ob eximiam styli puritatem, magnamque imaginationis felicitatem plurimi habentur: verum raro admodum ibidem leguntur festivi sales, ac facetiæ, id tamen vitio potius vertendum videtur ejusdem Magistris, cum Hieronymus, dum hæc carmina scripserat, nondum decimum ætatis suæ annum compleisset. Ceterum Jesuitæ sua Collegia Cambrini, & Taurini erecta hujus Cardinalis liberalitati debent.

Sæcul. XVI.
A C. 1592.

§. XXVII.

Cananii Cardinalis mors.

Julius Cananius nobilis Ferrariensis anno post Christum natum millesimo quingentesimo vigesimo quarto primam lucem aspexit, percursoque studiorum curriculo Romam concessit, ubi ad varias dignitates evehebatur, adjutus patrocinio Cardinalis de Monte, a quo ad Pontificatum electo sub nomine Julii III. gravissimis Ecclesiæ negotiis præficiēbatur, atque utriusque, ut vocant, Signaturæ præpositus Adriensi Episcopatu augebatur: mortuo autem suo Mæcenate ad suam Diæcesin reversus ibidem omnes egregii Pastoris partes explebat: interfuit etiam Tridentino Concilio, ubi ob raram suam pietatem, atque eruditionem a Patribus plurimi habebatur,

Ciac. p. 77.
Ughel. l. c.
Selligard.
Catal. Mutin. Antist.